Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uuos. Et respondens senex dixit ei. Ego xpistum nolo hic uidere. sed milla uita.
Audiens hec diabolus non comparuit. De Cognitione dni nri ihu xpi

PETRUS [illegible]ationem APOSTOLUS AIT. .Lxii.
Gratia uobis & [illegible] pax adimpleatur in cognitione domi
ni nostri ihu xpi. [illegible] quomodo omnia nobis diuine uirtutis
sue quę ad uitam & pietatem donata sunt per cognitionem eius qui uoca
uit nos propria gloria & uirtute. Ac si diceret. Adimpleatur uobis gratia
meo. Vt dominum nostrum iesum xpistum perfecte cognoscatis. Et hoc quoq;
per eum cognoscatis. quomodo omnia nobis diuine uirtutis sue donata sunt
per eius grām. quę ad uitam obtinendam & pietatem conseruandā sufficia
nt. qua quanto quis perfectius dominum cognoscit. tanto altius promis
sorum eius magnitudinem sentit. Hinc paulus ait. Ad cognoscendū illum.
& uirtutem resurrectionis eius. Cognitio enim misterii incarnationis ei.
passionis. & resurrectionis. perfectio uitę est. & thesaurus sapientię. Per cog
nitionem enim domini. & saluatoris nostri ihu xpi. omnia diuinitus ei
misteria quibus saluamur agnoscimus. Tripliciter enim ad agnitionem
xpi uenire. scriptura teste didicimus. Primum ut credamus eum filiū esse
dei patris omnipotentis. & cum patre & spū sancto unum esse deum uni
tate. Secundo ut diligamus eum ex toto corde. tota anima. tota uirtute. qua
ut iohannes ait. Omnis qui diligit. ex deo natus est. & cognoscit deum. Qui non
diligit. non nouit eum. Tercio si mandata eius seruamus. eodem iohanne tes
te qui ait. Qui dicit se nosse deum. & mandata eius non custodit mendax est.
In hoc enim scimus quoniam cognouimus eum. si mandata eius obseruamus &
uirtutem resurrectionis eius. Agnoscimus enim uirtutem resurrectionis
xpisti. quando credimus. quia deus suscitauit eum. & nos cum illo suscitauit
per uirtutem suam. & ad amnatione mortis eripuit. & ereptos in hereditate
eterna. ut filios ad patris dexteram collocauit. Octaua autem die dominus
a mortuis resurgens. exemplum nobis future resurrectionis. & misterium no
ue ostendit conuersationis. De Clarificatione dni nri in scis.

DE DOMINO IESU XPO. .Lxiii.
Sic paulus apostolus dicit. Cum uenerit glorificari in sanctis suis. Iste
qui in gloria naturaliter sua semper gloriosus. semperq; maner glorifi
catus. in iudicio cum uenerit iudicare uiuos & mortuos. & seculum per igne.
glorificabit sanctos suos. ipse cum illis gloriosus & glorificatus apparens. clari
tate potentię sue clarificans illos. sicut & idem patri dominus ait. Et clari
tatem quam dedisti michi. dedi eis. Et alibi. fulgebunt inquit iusti sicut sol.